

Monatlicher Beytrag zu den Budis̄inischen wöchentl. Nachrichten.

October 1784.

Ad Ehrenthaliū,
Danabensem Episcopum.

Qui gradibus ternis indeptus nuper honorem
Præfulis, ad summum quot superesse vides?
Ternos perge gradus, et, si fauet inclyta Roma,
Conciliumque Patrum, septimus esto Pius.
Magna sonaturo biberem tunc ore Falernum,
Esse poëta solet, qualia vina bibit.

Ad Reinholdum,
Consiliarium Aulæ.

Albucius ponit conuiuis pessima vina,
Ad se ne fortes sæpe redire velint.
Tu contra ponis conuiuis optima vina,
Ad te quo fortes sæpe redire velint.

Ad Gymnasii Collegas.

Me caput esse scholæ, voluit sapientia Patrum,
Vos estis capitis festa corona mei.
Non caput hoc ornat fragranti flore coronam,
Ornat fragranti flore corona caput.

℞

Etwas